TENTAMEN MEDICUM
INAUGURALE
DE
HYDROPE;

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,

D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET

NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

GEORGIUS JOHNSTON,

CHIRURGUS,

SOCIET. REG. MED. ET SOCIET. PHYSICO-CHIRURG.

EDINEN. SOC. EXTRAORDIN. NUPERQUE

HUIC PRÆSES ANNUUS.

"Tum verbis tum sententiis virorum illustrium ubique fere usus sum; atque ex illorum copia inopiam meam sublevavi." DUNCAN. De laud. *Gul. Harvei* Orat.

IV. NONAS AUGUSTAS, HORA LOCOQUE SOLITIS.

EDINBURGI:

EXCUDEBAT P. NEILL.

MDCCCXIX.

VIRO EXIMIO

JOANNI ABERCROMBIE, M. D.

COLLEG. REG. CHIRURG. EDIN. SOCIO,

HANC DISSERTATIONEM

OFFERT

DISCIPULUS DEVINCTISSIMUS

GEORGIUS JOHNSTON.

GEORGIO WHITE

ARMIGERO,

SOCIET. REG. MED. EDIN. SOC. EXTRAORD.

APUD

EDINENSES

ARTEM APOLLINAREM

FELICITER EXERCENTI;

HOCCE OPUSCULUM,

ANIMI GRATISSIMI,

OB BENEFICIA IN SE COLLATA,

PIGNUS,

DEDICAT

GEORGIUS JOHNSTON.

THOMÆ McCRIE, S. T. D.

SPECIMEN HOC ACADEMICUM

SUMMISSE AC LUBENS

OFFERT

GEORGIUS JOHNSTON.

" Bolstered with down, amid a thousand wants,
" Pale DROPSY rears his bloated form, and pants;
" 'Quench me, ye cool pellucid rills!' he cries,
" Wets his parched tongue, and rolls his hollow eyes.
" So bends tormented Tantalus to drink,
" While from his lips the refluent waters shrink;
" Again the rising stream his bosom laves,
" And thirst consumes him 'mid circumfluent waves.
" —— Divine HYGEIA, from the bending sky
" Descending, listens to his piercing cry;

....

" O'er him she waves her serpent-wreathed wand,
" Cheers with her voice, and raises with her hand,
" Warms with rekindling bloom his visage wan,
" And charms the shapeless monster into man."

DARWIN. *Bot. Garden.*

TENTAMEN INAUGURALE,

OBSERVATIONES QUASDAM

DE

HYDROPE

COMPLECTENS.

"Condito mitis placidusque telo
"Supplices audi pueros, Apollo."
Hor. Carm. Sec.

Dum vita perstat, humor tenuis et aquosus, Serum a medicis appellatus, membranis serosis, cava omnia corporis, sive magna sive parva, obducentibus, assidue secernitur. In valetudine tamen ille nunquam stagnat aut colligit; nam quantum seri exhalatur, tantum sedulo et cito hauritur. Sin, ulla causa, hujus humoris secretio copiosior justo facta sit, et vasis resorbentibus tam celeriter non resumpta, quantitas ejus necessario præter

modum augetur, et notæ valetudinis adversæ sese ostendunt, a quibus Hydropem inesse judicamus.

DE CAUSIS REMOTIS, ET SIGNIS.

Dissimiles ac numerosæ sunt causæ quæ Hydrops agnoscit, nec pauciora sunt signa ejus nec minus varia. Ad claritatem narrationis itaque saltem conferet causas ad capita duo referre. Primum, has continens quæ ramulos arteriarum ultimos directe præter modum cient, et secundum illas quæ vel ex defectu virium sanguinis moventium, vel circuitum ejus impediente, congestionem in venis nimiam primo inducunt. Capita a signis sæpe distinguuntur distinctis et fere contrariis, aliquando tamen, symptomata quasi miscentia, appropinquant, et inter utrumque limites vix statuendi sunt. Et porro observari nobis decet, ut ex causa eadem exempla Hydropis orientia in facie non sunt semper similia. Liquorum abusus ardentium, verbi gratia, nunc morbum cum signis inflammatoriis, et nunc cum iis syste-

matis fracti et debilis excitans. Causa verum hæc, et similes, secundum effectus eorum maxime communes, sub caput hocve illud collocantur.

Caput Primum.

I. Agricolæ uxor, æt. circiter 40, dum vestitamenta lavabat mutationibus aëris subitis exposita fuerat. Postridie sese ostenderunt symptomata catarrhi, ac priusquam tres dies præteriti erant anasarca totius corporis intumefacta fuit. Hic plane malum frigore ortum, exemplaque hujusmodi non omnino pauca; et profecto Hydrops causam pedibus tam velocibus nonnunquam sequitur *, ut credit vulgus ægrum fascinari, et medici eruditissimi aquam ab externo absorptam fuisse †. Humiditas compagem corporis majus

* Sauvauges. Nosol. Method. vol. v. p. 62. Lips. 1797.

† Haen. Rat. Medend. vol. I. p. 300. Lugd. Bat. 1761.

Swieten. Comment. tom. iv. p. 248. Lug. Bat. 1764.

solvens, et calorem ejus velocius abstrahens, potentiam frigoris lethalem certe adauget. Hinc qui demissa et palustria loca, plus crebro quam monticolæ, vel qui siccas regiones habitant, Hydrope vexantur *; atque hinc, ut HIPPOCRATI videtur, autumno morbi hydropici frequentissimi, annisque pluvia et vento australi nimia gaudentibus †. Hydropis exempla ex haustu aquæ frigidæ, vel cerevisiæ tenuis, corpore fatigato et sudante, interdum et cito orientia, forsan modo simili moventur, certeque symptomatis ejusmodi comitantur ‡.

II. Morbi etiam graves a mentis procellis suscitari videntur, et inter alios, quamquam raro, sub cute aquæ effusiones, ut observatio Doctoris

---

* WILLIS Phar. Rat. Pars II. Sect. II. cap. v. p. 184.

MONRO on the Dropsy, p. 10. n. *h.* Lond. 1765.

† Epidem. lib. iii. De Humor. cap. vii.

‡ HIPPOCR. de Intern. Affec. § ii. cap. xxii.

HOFFMAN. Oper. tom. iv. cap. xiv. Sect. xxi. et Observ. v.

SWIETEN. Comment. tom. iv. p. 130. 192.

Bateman præclare demonstrat. Fœmina ætate perfecta, et valetudine integra, cum metu magno ac trepidatione commota erat, pecunia ei omnium forsan carissima, repente orbita. Vespere casus fuit ac timor, et mane telam cellularem corporis a capite usque ad calcem serum implevit *.

III. Inter causas excitantes Hydropis recensenda est sanguinis nimia plenitudo. Enim quamquam a Culleno dubitatur †, (et dubia ipsa Culleni multum valent,) observationes tamen plurimæ a medicis parvi haud nominis factæ, de hac re omne dubium tollunt. Sauvagesius casum anasarcæ totius corporis, ut a Broussonet observatum, narrat, mulierem æt. 24 infestantem. Intumescentia dies sex vel octo ante menstruornm fluxus apparere incipit, sed iis fluentibus evanescere visus fuit morbus. Præ men-

---

* Edin. Med. Surg. Journ. vol. v. p. 127.; Hydrops metu sæpius curatus est. Vide exempla in Rush. Med. Obs. Inq. vol. ii. p. 181, 184.; Maclean on Hydrothorax, p. 262. et exemplum Hydroceles in Edin. Med. Surg. Journ. vol. xi. p. 452.

† First Lines, Sect. 1655.

sium profluvio ita ter recurrit anasarca, et ter ita profluvio eorum sublata est *. Plethoram esse causam excitantem Hydropis ad probandam quid aptius? Porro, hæmorrhagiis sponte occurrentibus, homines alii ex morbis hydropicis cito et omnino sunt liberati †; dum alii, hydrope sanato, in morbos graves cum plenitudine sanguinis nimia evidenter associatos labuntur. Hujusmodi sunt exempla tria ab eruditissimo viro G. HEBERDEN memorata. Primum ægri qui de apoplexia, secundum qui cum delirio expiravit, et tertium viri qui apoplexiam incidit, sed ad sanitatem restauratus fuit ‡. Exempla similia in libris medicorum communia sunt, et pauca infra citamus §.

---

* Nosol. Method. vol. v. p. 61.

† PARRY, Elem. of Path. & Therap. vol. 1. sect. CCCLXVII,—CCCLXIX.; RUSH. Med. Obs. & Inq. vol. ii. p. 169.

‡ Comment. de Morb. Hist. p. 193. Lond. 1802.

§ WILLIS. Anim. Brut. Pars ii. cap. iv. p. 188.; HOME, Med. Facts and Exp. p. 128. 130.; RUSH. ut sup. p. 167.; FERRIAR, Med. Hist. & Reflect. vol. i. p. 74.; vol. iv. p. 78, &c.; BLACKALL on Dropsy, p. 127. 145., &c.; PARRY ut sup.

Ad hanc rem pertinet necnon BURSERII observatio sequens: "Animadvertendum tamen est, diureticorum usui, quo anasarca sublata est, non raro paullo post peripneumoniam succedere, quæ hominem cito enecat, quemadmodum sæpius inexspectato videmus *." Illi necnon qui in epulis lautioribus poculisque generosis gaudent, et qui in Ignaviæ Castello vitam dissipant, intumescentiis hydropicis, a copia sanguinis nimia plane effluentibus, sæpe infestantur. Puellas porro antequam menses adhuc prorumperunt Hydrops nonnunquam adoritur †; et cum, labentibus annis, menses fluere desinunt, mulieres haud raro turbare cœpit hic morbus crudelis; et plethoram esse fontem ex qua et hæc et illa exempla effluunt accuratissimi opinantur medici ‡.

---

* Institut. Med. Prac. vol. IV. cap. V. § clxxxiii. Lips. 1790.

† GREGORY, Lect. on Dropsy, p. 27. Lond. 1819.

‡ ABERCROMBIE, Edin. Med. Surg. Jour. vol. xiv. p. 176.

TISSOT on Small-pox, Apop. & Dropsy, p. 163. 1772.

IV. Seri auctæ excretiones phlegmasias sequentes omnibus artem Apollinarem exercentibus familiares sunt. Œdemate post pedum phlogosin quid frequentius? Et hodie non latet, ægros Hydrocephalum nunquam incidere, si non præcesserit aut inflammatio cerebri, aut ejus vasorum congestio, una et altera vasa exhalentia excitans. Anasarca post quædam cutis vitia febre comitata, præcipue Scarlatinam, sat communis, et notandum est quo mitior in hac faucium inflammatio eo magis frequentius malum *. Docent itidemque sectiones cadaverum Hydropem inflammationis partium internarum persæpe esse sequelam †; rem nostris majoribus, inflammationem sane irritationi laticis acris ascribentibus, bene notam ‡.

Indicia exemplorum Hydropis ex causis jam dictis sunt illa quæ Diathesin Phlogisticam co-

* Wells. Trans. Soc. Med. Ch. Knowl. vol. iii. p. 170.

† Crampton, Clin. Report on Dropsies, Part i. Trans. of King's and Queen's College of Physicians in Ireland, vol. ii.

‡ Monro on the Dropsy, p. 172.

mitantur: videlicet, pulsus nonnunquam durus et validus, sæpissime plenus atque mollis, calor aliquantulum auctus, cutis arida, sitis insedabilis, urinæ secretio parca, interdum sanguinem *, persæpe albuminis, igne aut acido nitrico indicati, multum continens. Ac in exemplis ex frigore plerumque symptomata superinducta sunt, ex quibus minus facile sanguinem transire per pulmones apparet †. Primum et incipit in facie intumescentia sæpe, et charactere differt ex ea quæ ægros debiles et redactos intumescere facit. Ex pressu digiti vestigia non tam facile accipit, et aliquid ruboris, caloris ac doloris est sensibus perceptum. Signa necnon pulmones, vel viscera abdominis, cum inflammatione subacuta laborare notantia haud raro adsunt ‡.

* Wells, *ut sup.* p. 174, 175.

† Abercrombie, *ut sup.* p. 166.

‡ Rush, p. 166.; Wells, p. 209. 213.; p. 179, 180. 183.; Burserius, vol. ii. § xc.

Caput Secundum.

1. *Hydrops Debilium.*

In systemate ex causa aliqua debili facto cum aggreditur Hydrops, tunc in artubus imis intumescentia aquosa incipiens, in statu corporis decumbenteque abiens, in erecto iterum cito rediens; hinc gradatim altius ascendit, et totum per corpus tandem diffunditur. Atque tumor est mollis, pallidus, gelidusque, et sine dolore ullo. Marcessit necnon æger tabe, et spei abjectione, cor debiliter ac celeriter pulsat, et reliqua organa cum corde consentiunt. Urinæ secretio parcior justo fit, aliis nonnunquam non multum mutata, aliis colore rubra, et sedimentum deponens, atque plerumque albuminis nullum continens. Causæ quæ morbum ut jamjam depictum cient, sunt:

1. Sanguis nimis tenuis vel aquosus, multo potu, cibo tenui, et parum nutriente natus, vel suppressis excretionibus solitis tenuibus, sudore scilicet et urina, veluti frigore. Atque effusiones aquosas hydropicas inducit, partim ob sanguinem

ipsum nimis solutum, et facilius et copiosius justo elabentem, partim ob vasa præter solitum relaxata, neque ut decet renitentia. De causa hac majores, multa Hydropis exempla eidem referentes, verbose majus quam vere loquuntur *.

II. Sanguine directe vel indirecte ex vasis trahendo venæsectiones nimis sæpe factæ †, medicamenta alvum forte diuque solventia, et aquarum abusus medicinalium ‡, corpori tali damnum afferunt ut morbis hydropicis non raro cederint infelices. In modo non dissimili, nimirum et ventriculum vitiant et sanguinem ||, agunt spiritus vinosi, nam apud illos qui Bacchum serio colunt grassat Hydrops, et quidem pessimus, anasarca iisdem infestante sæpe cum erythemate, in maculis nigris et ulceribus gangrænosis desinente, comitata §.

---

* Willis, Phar. Rat. Sect. ii. cap. v. p. 182, et seq.

† Hoffman. Oper. tom. iv. cap. xiv. Obs. iii. Genev. 1761.

‡ Ibid. cap. xiv. sec. xxi.

|| Macbride, Pract. of Physic. p. 596. Lond. 1772.

§ Willan, Rep. on the Dis. of Lond. p. 134.

III. Hydrargyrus in corpore temere inductus, aliquando causa fiat Hydropis, et summæ debilitatis *. Non semper tamen, nam si homo hydraragyro imbutus frigori expositus sit, morbis hydropicis ex hac consociuntur signa inflammatoria. Itidemque verisimile est, ut signa ex modo in quo corpus ab illo afficitur discrepantias eorum interdum deducant.

Sic si exhibitum sit sub-murias hydrargyri, et administrationis ejus iteratæ eventus sit diarrhœa, hydrops tunc oriens debilitatis indicia habebit:—autem si a cute sanguis hydrargyrum recipit, dum non copiose excretiones, scilicet glandularum parotidum vel renum augentur aut frigore reprimuntur, signa inflammatoria e contrario ægrum infestabunt †.

IV. Vitium in altero organo alterum affectare potest. Et doctrinæ illustrationem præbent principia hydropis. Nam ejus vermes in intestinis liberorum Indiæ Occidentalis causa esse dicuntur

* Hoffman, Oper. tom. iv. cap. xiv. § xxiv.

† Blackall on Dropsy, p. 242.

communis *. Itidemque celeber. SAUVAGESIUS speciem anasarcæ " esui cancrorum" attributam, America vulgarem memorat †. Ex urethræ irritatione, hydrocele aliquando proficiscatur ‡; et *Fasciola hepatica* (LIN.), quæ in vesicula fellis etiam hominis nonnunquam hospitat, ascitis causa fieri possit ||.

Nunc cum, viribus ægrorum exhaustis, oritur hydrops non vasorum exhalentium debilitate ac laxatione pendet, sed ita ratio est. Ob debilitatem virium quæ sanguinis cursum expediunt, languescit in venis sanguis; iter ejus impeditur, " ægrius ex arteriis in eas recipitur, et plus humoris tenuis in vasa exhalentia impellitur, et ex iis deponitur, haud adeo facile per vasa resorbentia hauriendum §."

---

* GRAINGER on West Indian Diseases, p. 46.

† Nosol. Method. vol. v. p. 64.

‡ RAMSDEN on the Testicle, p. 141., &c.

|| LAMARCK, Anim. sans Vertebr. vol. iii. p. 182. Paris 1816.

§ GREGORY. Conspect. § cccclxxii.; PEARSON'S Surgery, p. 301.

2. *Hydrops oppilatus.*

Par quoque ratio est, nimirum transitum sanguinis versus cor obstruunt, cur artuum œdemata tumor axillæ vel inguinis, ovarium tumefactum, aut matrix gravida, producant. Hepar amplificatum simul induratum, venam cavam comprimendo, abdomen et artus inferiores sero heu! sæpius onerat*: et pulmonum et cordis vitium quodlibet sanguinis transitum impediendo, anasarcam cito per totum corpus diffundit.

Discrepant indicia exemplorum hydropis venarum compressione effluentium; et non prorsus ex natura morbi qui circulationem impedit, sed præcipue ex habitu corporis, oritur discrepantia. Nam si corpus sit plethoricum, notas inflammatorias co-

* Veteres de hac multum disputant, nec defuerunt nonnulli qui hepati refrigerato omnes hydropes adscripsere. "Citra enim hepatis refrigerationem, impossibile est aquam congelari, et aliquem in hydropem incidere." Ætii Tetr. iii. Serm. ii. cap. xx.; Oribasii Synop. lib. ix. cap. xxiii.

mitari necesse est; autem si tabidum et exsangue, signa quibus virium imminutionem notatur, sequentur. Mutationibus tamen urinæ idoneo calore, acido nitroso, seu muriate hydrargyri inductis, distinguere possumus, ait Dom. CRUICKSHANKS, excretiones has aquosas hydropicas sine visceribus obstructis vitiatisque ab illis illinc pendentibus. "In the dropsy," ut ipsa ejus verba transcribam, "proceeding from diseased liver and other morbid viscera, the urine does not coagulate either by the nitrous acid or heat; it is usually small in quantity, high-coloured, and deposits, after standing, a considerable quantity of a pink-coloured sediment: this peculiar sediment we consider as, in some measure, characteristic of diseased, or rather scirrhous liver *." Indicium esse falsum recentiorum experientia nos docet. Calore admoto coit sæpe urina, etiamsi hydropis causa sit viscus vitiatum; et e contrario, omnibus visceribus sanis, albumen interdum nullum urina continet †. Nec sedimenti caloris, quem Anglice

---

* ROLLO on Diab. Mellit. p. 447. 1798.

† BLACKALL, Obs. on Dropsy, p. 2.

pink vocamus, præsentia * vitium hepatis, nec absentia † sanitatem ejus, semper monstrat.

Sunt denique causæ quæ corpus tantum Hydrope opportunum reddunt, ut facilius, admota causa excitante, in eum incidat. Mulieres quam viros ‡, senes quam juvenes, hydropi procliviores esse, observatio SYDENHAMI || et aliorum § probat. Porro, in hunc morbum facilius illabuntur homines qui adipe opprimuntur, compagine eorum simul laxa ac flaccida ¶. Scriptores pauci etiam nobis persuasum esse volunt, hydropem morbum hæreditarium esse, et credunt populi. "Hinc," si verbis SWIETENII uti fas sit, "hydrope mortuorum cadavera dum comburebantur, illorum liberi antea sedebant, pedibus in aquam demissis; sic enim caveri credebatur, ne morbus

---

* BLACKALL, Obs. on Dropsy, p. 35. case xi.

† Ibid. p. 179, case iii.

‡ Doctor BLACKALL tamen de hac re disputat. On Dropsy, p. 341.

|| Works by SWAN, p. 463.

§ PARR, Med. Dict. sub verb. Hydrops.

¶ HOME Princip. Medicinæ, p. 209.

in illos transiret unquam. Populus Antwerpiensis, HELMONTII tempore, in illa versabatur opinione, nisi omnis aqua e cadavere hauriretur, in proximum hæredem hydropem migraturum; adeoque solliciti erant de sectione *."

In regionibus cœli temperatis et mutabilibus mortales cum Hydrope frequentius plectuntur, quam in terris benigniore temperie utentibus. "Elle se montre," ait ITARD, "de préférence dans les lieux bas et humides, dans les pays environnés de montagnes et exposés aux vents du midi. Cette exposition, jointe à d'autres causes locales qui ne sont pas conues, rend l'hydropisie endémique en certains pays, et fait prédominer telle ou telle espèce. L'ascite et la leucophlegmatie règnent endémiquement dans les marais du département de la Vendée; l'hydrothorax et l'hydropericarde, sur les côtes de l'Andalousie; et, d'après les observations de feu MODIER, l'hydrocephale aiguë se montre plus fréquemment à Genève que dans les autres villes de l'Europe †."

---

* Comment. in BOERH. Aphor. tom. iv. p. 192.

† Dict. des Scien. Med. Art. *Hydropisie*, § viii.

Veruntamen monet Doctor GRANGER, Hydropem incolis Indiæ Occidentalis adesse communem *; et in Ceylon morbus, *Berri-berri* dictus, ut epidemicus grassat, et speciem Hydropis esse videtur inflammatoriam †. Qua e contrario,

"Et glacialis Hyems canos hirsuta capillos,"

imperium habet, Hydrops necnon est familiaris. Ab illustrissimo LINNÆO enim certiores facti summus illum, iu Lapponia sane rarum, nec frequentem in Westrobothnia, in Ostrobothnia autem superiori nimis vulgarem esse inter plebem, lethalis spiritus frumenti copiam ingurgitando, provocatum ‡.

DE CAUSA PROXIMA.

Summam tabem et laxationem comitari morbos hydropicos sæpe videmus; et ob virium imminutionem maxime dolent ægri. Nunc ratio morbi perceptionibus oculi consonans, et ægrorum

* On West Ind. Dis. p. 45. Edin. 1802.

† Dublin Hosp. Reports, vol. ii. p. 227. et seq.

‡ Flor. Lappon. p. 15. cura Smith. Lond. 1792.

querulis, gratias omnium sibi consiliat; et si aspectus ejus judicio non displiciat, et ex auctoritate nominum magnorum splendorem derivet, consensum ei lubenter præbemus. Hinc, si non fallor, ratio regni tam longi Theoriæ, quæ sanguinis tenuitati, seu vasorum exhalentium laxationi Hydropem imputat; præsidia enim fortiora, mea sententia, quibus ea stabilitatem suam debet, nunquam aut vidi aut audivi. Tamen regnavit, et hodie non etsi tam late regnat, nam ei nunc adversantur plurimi, et duces celeberrimi certaminis sunt Blackall, et Parry, et Abercrombie. Hydropicis persæpe inesse vasa nimis excitata, et sanguine plena illi judicant, et doctrinam observationibus et experientia plenissime firmaverunt.

Hic mihi historiam certaminis, etiamsi mancam ac brevem, tradere liceat.

Hydropem aliquando naturam habere inflammatoriam Hippocrates agnoscit, et in exemplis hujusmodi emissionem sanguinis commendat *.

---

* Prognosticon. Sec. ii. cap. v. in Oper. curâ Haller. De vict. rat. in morb. acut. Lib. iv.

Remedio verum enimvero inter limites per maxime arctos utitur; et notitiæ ejus et breves et obscuræ,

("——— neque ego illi detrahere ausim
"Hærentem capiti multa cum laude coronam,")

laudem non magnam, ut nonnullis dicere placeat, rogant. Observationes iis Patris Medicinæ similes, parum licet notabiles, in scriptis eorum qui eum sequuntur scrutatori sese interdum patefaciunt. Primi autem qui Hydropem inflammatoriam distincte animadverterunt, videntur fuisse Medici Florentini. Cum enim Florentiæ circa ann. 1717, quamplurimi purpura scarlatina epidemica implicarentur, observatum est, convalescentium aliquos circa vigesimam primam diem cœpisse queri de aliqua respirationis gravitate, et œdemate quod universale fiebat. Medici mortuorum cadavera secuerunt, invenerunt que viscera thoracis, renes, et intestina, plus minusve inflammatione correpta. Quamobrem in eam venerunt sententiam, ut peripneumoniam pro primario morbo habendam crederent; tumorem vero leucophlegmaticum pro ejus sympto-

mate, sive effectu secundario. Quapropter in aliis, qui in hujusmodi morbum inciderunt, sanguis mitti cœptus est ex brachio, et, si opus erat, etiam iterata, et sic omnes sanabantur, felici eventu consilii bonitatem comprobante *. In 1776 BACHER exempla hydropis quædam plethoræ vel arteriarum tensionis solito majoris esse effectus recognovit, et eadem haud male descripsit †; nec STOLLII solertiam fugerunt casus hujus generis ‡. Anno 1793 quasdam notitias de hydrope Doctor RUSH ad lucem prodidit, et observationibus haud paucis a symptomatis, et causis, et ratione medendi illatis, eundem a nimia arteriarum tensione sæpe effluere probat ||: sed frustra operam dedit, notitiæ cum in oblivium a plerisque neglectæ illapsæ sunt. Annos post duos statum arteriarum similem ei phlegmasiarum, vel plethoram morborum hydropicorum proximam causam plerumque esse certavit Dr.

---

* BURSERII Institut. Med. vol. ii. § xc.

† Recherch. sur les Mal. Chron. &c. p. 70. et seq.

‡ STOLL Rat. Med. pars iv. p. 56. 99. Vien. 1789.

|| Med. Obs. et Inq. vol. ii. p. 192.

GRAPENGIESSER; et pro argumentis producuntur, præter alia, cum utilitas venæsectionis, tum sanguinis aspectus, quem ille superficiem coriaceam albam sæpe invenit ostendentem *. In somno sepultæ fere a die natali latuerunt hæ opiniones, donec anno 1807, iterum illas excitavit Dom. BURNS †. Pauci medicorum nihilominus illis assentiunt, nec quisquam præter Dom. BURNS, et fortasse Dr WATT, tam clarus ut iisdem famam daret. Rationem anno 1809, quodammodo novam protulit Dr SAUNDERS, scilicet a vasorum exhalentium actione nimia excitata, exempla hydropis *omnia* oriri ‡. Dr BLACKALL ann. 1813, opus utilissimum, inscriptum "Observations on the Nature and Cure of Dropsies," emisit, et theoriæ quæ laxationi vasorum hydropem attribuit vulnus grave, forsan lethale, dedit. Inflammationem aut plethoram plerumque esse et parentem et socium hydropis docet, deque vi inflammationis et plethoræ quan-

---

* DUNCAN, Ann. of Medicine, vol. i. p. 176. 1796.

† BURNS on Dis. of the Heart, p. 159.

‡ Treat. on the Liver, p. 293, 294. edit. 4.

titate ac firmitate albuminis in urina, igne admoto detecti, judicare possumus. Enim si albuminis quantitas est magna et firme coit, magna etiam vis gradusve inflammationis seu plethoræ. Evenit autem non raro urinæ albumen vel nullum adesse, vel dure et laxe igne coagulari, et exemplis hujusmodi nullam inesse inflammationem existimavit, sed ut ex systematis debilitate fontes illa deducant. Ab PARRY anno 1815, docti fuimus, excretiones hydropicas naturæ conatus esse salutares sanguinis impetum nimium ut leniret, nam ab eo putatur has semper et tantum impetu sanguinis majore solito effluere. Autem gradu impetus multum variet; nunc ei inflammationis par, nunc non major eo integræ valetudinis sit. Nec effusionis magnitudinem motus sanguinis celeritati respondere opus est; sed cum celeritate ejus, cum vasorum exhalentium statu firmo seu laxo conjuncta, rationem effusio habet. Hinc inveniemus in statibus quibusdam arteriarum ulteriarum impetum etiam sanguinis naturalem excretiones hydropicas sequi, dum in aliis impetus ejus revera magnus nullas excretiones præter modum producet. Has doctrinas, ex notationibus ab experientia magna longaque in arte

medicinali collectis, Parry inædificat, et sagaciter et ingeniose eas alligat et ornat *. Dr Armstrong eodem anno opiniones iis Doctoris Grapengiesser similes promulgavit †. Et nuperrime ad evertandam theoriam, quæ hydropem debilitati refert, observationes exquisitæ et experientia Doctoris Abercrombie permultum contulerunt ‡.

Experientia ad me non pertinet, ut opiniones jam dictas confirmarem, et argumenta auctorum adducere supervacuum esse putarem; nam libri de iisdem tractantes in manibus sunt omnium. Hic tamen mihi liceat verba pauca de Proxima Causa porro dicere, ac ratiocinando ejus naturam quærere.

Hydrops oritur, aiunt scriptores, cum plus seri exhalatum est quam venis resorbentibus hauriendum potest. Quid intelligimus verbis utentes "*serum exhalatum?*" A Doctore Bostock exhalatio ita definitur: "A process resembling the passage of a fluid through a porous sub-

---

* Elem. of Pathol. & Therap. vol. i. § cccli, to ccclxiv.

† Illustrations of Typhus, &c. p. 288.

‡ Edin. Med. Surg. Journ. vol. xiv. p. 163.

stance *." Omnibus forsan simili sensu intelligitur, et de ejus accurationem nihil dubito. Quin dubium est mihi an humor qualis in hydropicis se habet exhalatione effunditur, et hæc sunt argumenta mea. 1. Vasa ex quibus humor aliquis effluit uno tempore exhalantia esse, altero secernentia, non verisimile apparet; sed revera fluida, nimirum lympha coagulabilis atque pus, ab omnibus inter secretiones recensita, a vasis quæ humorem in hydropicis præbent, sæpe effunduntur; et facilius eos esse fructus ejusdem actionis, in gradu, non genere diversæ, crederemus. 2. Si humor e sanguine exhalatus sit, necessario sequitur serum in cavis excretum futurum esse simile sero adhuc in vasis retento, nam certe percolando nunquam liquidi ullius naturam vel genus mutabimus. Experimentis tamen a BERZELIO †,

* Medico-Chirurg. Trans. vol. v. p. 56. In eodem loco inquit, " The water of hydrocephalus, although so unlike the serum of the blood, is produced by *transudation*, not by *secretion*."

† Medico-Chirurg. Trans. vol. iii. p. 251, &c.

Marcet *, et Bostock †, factis monstratum est, ut humor in hydrope a sero sanguinis sæpissime, et non raro valde, discrepat, et itaque humorem non exhalatione sed secretione effusum fuisse. 3. Chemici clari jam dicti nos certiores faciunt, humorem hydropicum in locis diversis ejusdem ægri sæpe discrepuisse ‡: Hoc, ut opinor, inexplicabile est, nisi humorem secretum esse, non exhalatum concedamus.

His argumentis inductus, aquam hydropicam esse secretionem credo. Sed nulla secretio certe a laxatione seu debilitate vasorum ex quibus effluit unquam augeri potest, nam cum ea debilitate necessario conjungitur debilitas æqualis potestatis secernentis, cujuscunque naturæ sit, quæ in humorem alienum serum sanguinis vertat. Secretiones profecto nullæ copiosiores solito unquam

---

* Medico-Chirurg. Trans. vol. ii. p. 340.

† Ibid. vol. iv. p. 53.

‡ Vide libr. jam citat. "Lympha ipsa," dicit Morgagni de Hydrope agens, "in variis, et vario tempore varia est." De Caus. et Sign. Morb. Epist. 38. § 7.

factæ sunt, nisi ex aucto universi sanguinis impetu, aut aucta ipsorum vasorum actione, dummodo hæc non nimia sit. Has alieno modo augeri concipere non possumus, et itaque hydropis proxima causa est actio videlicet vasorum secernentium ea valetudinis integræ major. Tot ægri tamen, tot gradus fortasse hujus actionis: nunc ad inflammationem gradu prope ascendit; nunc actioni naturali tantum præstat; et si casum habeamus ubi et vires musculorum, et nervorum, et vasorum, multum imminutæ essent, dum vis secernentium, ab aliquo stimulo excitata, non pariter imminuta, quamquam sub statu naturali esset, Hydrops oritur, et tamen genere non differat actio ab ea quæ prope inflammationem accedit.

Si causas inspiciamus, nullas inveniemus rationi inimicas, aut explicatu difficiles; et sane eorum plurimas ejus esse fulcra. Et ut ratio remediorum Hydropis in caligine forsan latet, argumenta inde deducta nec theoriam subvertere nec firmare possunt. Verum de hac re opinionem medici, in morbis hydropicis peritissimi, reticere nolo. "That practitioner," ait Dr Blackall, "I am conscious will treat the disorder most easi-

ly, most successfully, most suitably to the feelings of his patient, who keeps the probability of it (inflammation) in his view; and his attempts at cure must perpetually prove abortive, unless in selecting his hydrogogue medicines, he prefers those which are likewise calculated to reduce inflammation *."

In exemplis paucis proxima causa fuerit diminuta venarum resorbentium imbibitio, ex debilitate eorum vel statu nimis irritabili pendens. Sed hydropem sæpe vel generaliter hinc enasci, ut quibusdam placet †, res plurimæ a claro Chirurgo Pearson ‡, et a Doctore Parry, quas tamen exponere brevis opella non permittit, adversus eandem alligatæ, nos concedere vetant.

Motus profecto nonnunquam inversos habere vasa lympham ferentia C. Darwin credens, parate explicat phænomena quædam in hydropicis

---

* Observ. on Dropsy, p. 279.

† Maclean on Hydrothorax.

Darwin, Zoonomia, vol. i. sect. xxix. § v.

‡ Princip. of Surgery, p. 297. Lond. 1808.

subinde observata *. Accidit scilicet quibusdam ut ex aquis, vel naturæ beneficio, vel remediis, subito et mox quasi laventur, morbus in rivum urinæ effluens. Quomodo humor ad vesicam a cavis continentibus transferatur? Credibile vix videtur eundem, brevi tam tempore, per varios absorbentium mæandros atque arteriarum anfractus percurrere, et renibus denique secerni; aut, si in vasis sanguiferis effusum, incommoda sequi nulla incrementum sanguinis tam magnum, ac instanter fere præditum †. Motus inversos, ut supra diximus, Darwin, alii autem vias oculis velatas, experimentis autem manifestas, ut aiunt, factas ‡, per quas tenuis lympha, a cavis corporis resorpta, vesicam advenire potest, sine gyrum longum sequens, sibi fingentibus, quodcunque in

---

* On the retrograde motion of the Lymphatics, Lichf. 1780.

† Dict. des Scien. Med. sub verb. Hydropisie, § iii.

‡ Experimenta quæ sententiæ huic lucem fœnerant a Darwin jun. Wooloston, et Home facta, et medicis bene cognita, hic tantum ad memoriam lectoris revocare necesse est.

phænomenis difficile est, satis facile solvunt. Quamquam rem aliter commode explicare non potest medicus, nihilominus rationibus quas anatomia repugnat, consentire hæsitabit.

> " Multa tegit sacro involucro Natura, neque ullis
> " Fas et scire quidem motalibus omnia."

DE RATIONE MEDENDI.

Hydropicorum curatio plerumque maxime difficilis est. Aretæus, quo apud veteres nec sanior nec sagacior extitit medicus, fidem in remediis fere nullam posuit. " Hydrops, ait ille, injucundum aspectu vitium est, et toleratu difficile; ab ipso enim perpauci liberantur; idque felicitate quadem, ac deorum potius quam artis auxilio *." Remedia quam veteribus cognita sunt hydrope valentiora, fortuna experimentaque recentioribus prodentia, exitum morbi nunc mi-

* De Caus. et Sign. Acut. et Diutur. Morb. lib. ii. cap. i. Ludg. Bat. 1735.

nus lethalem, et plurimi sanantur. Sunt exempla quidem tam mitia ut sponte sua finiuntur; fere semper autem ardüa res est aquas hydropicas amoliri; et aqua amovenda, persæpe, medico frustra obstante, iterum iterumque ea æger oppletus est, et exhaustus omnino tandem "in ventos vita recedit." Causis bene perspectis ratio in promptu erit, cur malum nunc leve et fugax, nunc grave et insanabile. Et ex his etiam patet remedia eadem hydropicis omnibus non amica posse. "Curandi hydropem," ut vere a Burserio observatum est, "ratio multiplex est, nec una eademque cuique hydropis speciei opportuna est. Sæpe quæ unam speciem tollit, alteri noceret, et perniciosa foret *." Aggredimur itaque in ordine memorare remedia in hydrope usitate adhibita, designareque signis propriis casus in quibus hoc utile, illud noxium erit.

---

* Instit. Med. Pract. vol. iv. cap. v. § clxxxii.

1. *De Sanguinis Detractione.*

Quamdiu a medicis hydropes putati fuerunt ex tenuitate sanguinis effluere, tamdiu sanguinis detractio sedulo erat evitata, et inepte prædamnata. Ad memoriam exempla sane, hæmorrhagiis sponte erumpentibus, levata tradiderunt, sed ut negotia mira, admiratione digna, et in arte faciente prorsus inutilia, tradita fuerunt. Pauci profecto etiam illo tempore sanguinem hydropicis fauste emittebant *, sed rarissime, nec aliorum

---

* Hippocrates, ut supra dictum est, in casibus perpaucis venam secari jussit. Verba sunt, "Si vero difficulter spiraverit, fueritque tempus vernum, et ætas viguerit, et virium robur adsit, sanguinem e brachio detrahere oportet." De Vict. Rat. in Morb. Acut. lib. iv. In illis etiam a menstruorum suppressione ortis idem remedium commendavit. Præter illos qui antea a nobis citati fuerunt, et hos qui infra citabimus, nescio an medicus venæsectione citra regulas hippocratis unquam utitur. Oribasius sane et Paul. Ægineta verba habent sequentia, satis notabilia, et praxim Doctoris Watt ad memoriam revocantia. "Malum corporis habitum prin-

approbationem habuere. Cum autem in dubium vocare theoriam medici cœperunt, et morbos hydropicos provenire a plethora credere, venæsectione quoque opus esse existimaverunt. Tunc Doctore RUSH proposita fuit venæsectio *, et Doctore GRAPENGIESSER laudata ut remedium in "hydrope plethorico" optimum, et sæpe solum necessarium †. Methodum tamen hanc tempore illo sequi nullus excogitavit, adhuc fortassis medicorum plurimi cum WILLISIO credentes, "ve-

---

cipium hydropicarum affectionum vocare consuevimus: *is curandus est venæsectione partita, ita ut ad tertium quartumque usque diem sanguinem detrahamus.*" ORIBASII Synop. lib. ix. cap. xxii. ÆGINETA de Re Med. lib. iii. cap. xlvii.—BURSERII, Op. antea cit. cap. v. § 185, & 187. SAUVAG. Nos. Meth. vol. v. p. 60. 119. MONRO on the Dropsy, p. 40. Doctor SWAN ait, "Bloodletting in dropsy is *frequently* necessary, and wherever it is so, is always performed with advantage." SYDENHAM's Works, p. 674. WATT on Diabetes, &c. p. 59. PRING on the Absorbents, p. 71.

* Med. Obs. et Inq. vol. ii. p. 170.

† DUNCAN's Ann. of Med. vol. i. p. 185.

nam secare fere idem esse ac hominem jugulare *."
Et si hodie medici ea sæpius utuntur, prorsus observationibus Doctoris BLACKALL, et præcipue Doctoris ABERCROMBIE, attribuendum sit †.

In quo exemplo existant aut actionis nimiæ signa, aut plethoræ, in illo saltem tute sanguis emittendus possit. Cum et a frigore morbus, si eodem tempore sanguis per pulmones libere non circulat, oritur, tum ejus detractionem remedium

---

* Phar. Rat. pars ii. Sect. iii. cap. i. p. 203.

† Tempore quo observationes hæc scripsæ fuerunt, observationum Doctorum CRAMPTON, G. GREGORY, et CLARKE, ignarus sum. In operibus eorum clare monstratur, multa obtinere possumus commoda ex sanguinis detractione in diversis Hydropis speciebus : in iis notarum inflammationis expertibus omnino, et etiam in iis viscera amplificata pro causis habentibus. CRAMPTON's Clin. Report, Part ii. GREGORY, Lect. on Dropsy. CLARKE on Bathing, &c. p. 128 to 138, Lond. 1819. Exempla quædam Hydropis venæsectione sanata, mihi etiam communicavit amicus Dom. BEGBIE, Chirurgus. Celare autem nolo casus quosdam me necnon audivisse, in quibus sanguinis detractionem signa, quamquam non adversantur, tamen ejus usu non levata fuerunt.

esse tutissimum, et ægris opem præ omnibus ferre, ABERCROMBIE eximii satis experientia demonstrat *. In casibus quoque scarlatinæ subsequentibus, et diureticis mitibus non levatis, permultum profuit †; et etiam in illis corpus argento vivo imbutum infestantibus, si urinæ secretio plus quam solito redditur ‡.

Sunt porro exempla ex vitiis cordis ipsius, vel vasorum prope id, orientia, in quibus utilis sanguinis detractio inventa fuit ||. Est necnon, si verba Doctoris BLACKALL mihi fas sit Latine vertere, in ægris nonnullis quibus, præter hydropem, totius vel magnæ partis corporis habitus depravatus, et stomachi tam irritabiles sunt, ut æque diuretica ac laxantia rejiciant, remedium solum quod dari potest, et quod non tantum non damnum quin opem etiam admirabilem ægris affert.

---

* Edin. Med. Surg. Journ. vol. xiv. p. 166.

† ABERCROMBIE, ut sup. GAIRDNER in lib. eodem, p. 479. TWEEDIE, in vol xv. p. 58.

‡ BLACKALL, Obs. on Dropsy, p. 281.

|| HUNTER, Edin. Med. Surg. Journ. vol. xiv. p. 619.

In his, si mature apparet, et firme largeque coit albumen in urina solutum, succuret morbo venæsectio; et ex aspectu sanguinis, et statu urinæ, et levatione symptomatum, si venam incidere iterum opus sit oportet nos judicare *.

Albumen in urina fere semper indicium esse inflammationis a Doctoribus CRAMPTON † et G. GREGORY ‡ negatum est, et igitur nec sanguinis emissionis, nec remedii alius indicationem præbet. BLACKALL huic signo forsitan nimis respicit, reponitque in eo fidem nimis magnam; sed neque, ut opinor, inutile esse signum nec spernandum satis probavit experientia. Medici supra dicti indicia quæ in experimentis eorum uti fuerunt, albumen detegi non memorant; observari tamen oportet, quod non omnibus exemplis idem indicium urinam coagulari convenit. Si enim sales urinæ deficiantur, albumen, quamquam in quantitate haud parva adsit, igne idoneo non coit, ut

* On Dropsy, p. 281.

† Clinical Report, p. 273.

‡ Lecture on Dropsy, p. 3.

a WELLS * satis probatum est. In his acidum nitrosum indicium est proprium; ergo nisi et calor et acidum ut testes albuminis utuntur, quæ contra experientiam Doctoris BLACKALL objiciuntur, pro veris non omnino habenda sunt.

2. *De Remediis Diureticis.*

"Remedia Diuretica dicuntur illa quæ urinam movent." Alia plane calefacientia sunt, alia refrigerantia, sed sunt qui opinantur omnia urina movenda hydropicis prodesse; scilicet ita multum humorem tenuem a sanguine per renes deducunt, et minorem itaque ad cava aquas hydropicas continentia derivationem faciunt. Quin huic obsto, quod optima diuretica non hydropem optime pellunt, et in exemplis quibusdam excretiones aquosas, sine copia urinæ aucta, removent †, aliisque

---

* Tr. Soc. Med. Ch. Kn. vol. iii. p. 204.

† Dict. des Scien. Med. sub verb. Hydropisie, § xxxviii.

MEAD. Mon. et Præcep. vol. ii. p. 36. cura Wintringham.

morbis urinam plus justo non augent. Porro ad effectus tantum morbi non ipsum morbum vel ejus causam proximam pertinet explicatio. "Equidem aquarum evacuatio parum admodum ad curationem videtur conferre, nisi causa, cujus effectus est aquarum extravasatio, removeatur *." Modi operandi profecto explicationem dare, ut phænominis omnibus consentiat, non facile erit, præcipue ut effectus eosdem non semper producere apparet remedium idem. Ita supertartras potassæ in altero urinam multum copiosiorem, in altero non plus solito, etiamsi hydropem minuet, fluere excitat †. Et crescit difficultas cum in memoriam revocamus, ut remedium diureticum efficacius præbent compositio et conjunctio horum medicamentorum, inter se magnopere diversa, iidem vicissim adhibitis. Sic hydrargyro, quod totum corpus stimulat, sæpe conjungimus digita-

---

* Hoffman. ut sup. cap. xiv. Thes. Therap. § i.

† Home, Clin. Exper. &c. Exp. 2, 3. 6.

Ferriar. Med. Hist. & Reflect. vol. i. p. 106. vol. ii. p. 160.

lim purpuream, quæ sanguinis motum* reprimit, et scillam maritimam, modus operandi cujus forsitan ignotus est. Ex hac re, dico, difficiliorem redditi explicationem; nam illa per Doctorem FERRIAR proposita, farraginis faustos effectus ad explicandum, parum fidei certe habebit. "It may appear," ait vir ingeniosus, "to some persons a fanciful idea, but I have been led by my observations to suspect, that there exists, in the relative effects of medicines, something similar to the harmony of colours and sounds; and that the impulse requisite to the living powers of the body, which cannot be produced by a single impression, may be effected by a concurrence or succession of impressions in some measure dependant on each other †." Doctor RUSH digitalim hydropicis tantummodo prodesse, actiones

---

* Experimenta Doctoris SANDERS (Treat. on Pulm. Consumption, Part ii.) et aliorum non mihi ignota sunt, sed sunt, ut opinor, prorsus inutilia, experientia nam quotidiana digitalim ægris non stimulantem esse ostendit.

† Med. Hist. & Reflect. vol. iv. p. 43.

arteriarum nimis concitatas compescendo, opinatur *; et ut morbos de quibus tractamus nonnunquam succurret digitalis, quamquam urinæ profluvium inusitatum non excitat †, et temperare actiones videtur effectus ejus communis esse, opinio nobis satis credibilis apparet. Quidem profecto rationi objiciuntur, quia hydropicos cum viribus magnis, et signis plane inflammatoriis, vix, aut ne vix quidem, levat; plurimum autem eos robore et actione deficientes. Doctor WITHERING sane sanguinem ex ægris modo detraxit, vires quodammodo frangere ut remedio effectum daret ‡. Neque tamen hoc Doctoris RUSH sententiæ repugnat, leviorem enim quamquam non altissimam actionem digitalis compescere valet. Ita inflammationem pulmonum levem removit emplastrum vesicatorium; sed, sine auxilio venæsectionis, majorem nunquam.—Elaterium et colchicum autumnale in arteriis primo agere Docto-

---

* Med. Obs. & Inq. vol. ii. p. 175.

† DARWIN, Med. Trans. vol. iii. p. 256.

‡ On Foxglove, p. 190.

res ASH et G. GREGORY notant *; neque mihi improbabile videtur, diuretica omnia hydropicis tantum prodesse quantum actionem arteriarum, in gradu profecto maxime variam, mutant.

Inter diuretica, super-tartras potassæ, ab experimentis a Doctoribus HOME † et FERRIAR ‡ factis, ad hydropem levandum potissimus probatus est. Digitalis purpurea, scilla maritima, et spiritus ætheris nitrosi, sunt alia in usu maxime communia, et sæpe admodum valent. Cum hydropem comitant diathesis phlogistica, seu indicia inflammatoria, et urina parca, sero onerata et sedimentum furfuraceum lateritium deponens, tunc super-tartratem potassæ omnium utilissimum esse invenitur; quin ex ejus administratione abstinere debemus in ægris delicatis, imbecillibus, et macie confectis, et ex quibus urina aquosa, pa-

* Lect. on Dropsy, p. 36.

† Clin. Exper. Hist. & Diss. p. 353, &c.

‡ Med. Hist. & Reflect. vol. i. p. 110.; vol. ii. p. 189.

rum colorata, et nimis persæpe acida, fluit *. Digitalis purpurea, secundum testimonium Doctoris WITHERING †, hominibus compaginis validæ firmæque, pulsu duro, et cute calida, opem plerumque non dabit; autem si pulsus debilis aut intermittens, facies pallida, cutis gelida, et intumescentia mollis, facile vestigia ex pressu digiti recipiens, cum morbo consocientur, tunc celeriter ac feliciter hydropem digitalis depellet. Secundum experientiam Doctoris BLACKALL, si nonnihil colorata, fœda, et sanguinis aliquod continens, parcior reddatur; vel si jam emissu sedimentum furfureum deponat, et calore admoto quodammodo coeat, digitalim cum fiducia adhibeamus. Quin perraro opem et sæpe malum ægris affert, cum renes urinam tenuis decoloris et crudam, etsi albuminis multum continentem, præcipue si copiose secernant ‡. Scillæ maritimæ viri-

---

* BLACKALL on Dropsy, p. 289, 290. TISSOT on Small-pox, p. 163. et seq.

MACLEAN on Hydrothorax, p. 182.

† WITHERING on Foxglove, p. 189.

‡ BLACKALL, p. 300.

bus fidem magnam reponimus, cum urina, albuminis nullum continens, sedimentum abundanter deponit, et ruberrima et quantitate parcior mingitur, et præcipue si, eodem tempore, hydropem pulmonum vitium aliquod vetustum comitet. In exemplis jam dictis, scillæ exhibitio stomachum raro offendit ut persæpe in aliis; sed brevi et respirationem et intumescentias hydropicas levat*. Heu tantum levat! Hydrops iterum iterumque ægros invadit; nam nec scillæ, nec ullius medicamenti potestas, organa obstructa et inveterate vitiata, ex quibus hic hydrops oritur, unquam sanat.

Præter diuretica jam memorata, sunt alia quæ sæpe fortiorum effectus haud parum adjuvant, sed per se adhibita non sæpe multum prosunt. Hujus generis sunt acetas potassæ, colchicum autumnale, juniperi communis baccæ, spartii scoparii summitates, virga aurea, cantharides vesicatoriæ plerumque cum cinchona conjunctæ, nico-

---

* Blackall, p. 65, 67.

tiana tabacum *, et pyrola umbellata per Doctorem SOMMERVILLE nuper ad medicorum notitiam introducta †. "Fatendum autem est, horum omninm effectus adeo leves esse, et incertos, ut quisquis iis multum confidat, spe sua sæpe exciderit ‡.

3. *De Præparationum Argenti vivi usu.*

Argentum vivum hydropi remedium esse potens non dubitari potest; quin exempla in quibus potissimum prodest non bene definita fuerunt. Doctori MACLEAN dubium est an casus ullus sine ejus usu sanari possit ||, et e contrario a Doctore FERRIAR illud, nisi ut remedium ultimum, nunquam adhibetur §. In discrepantiis tam mag-

---

* FOWLER'S Med. Report, &c. Lond. 1785. Vide necnon experimenta cum plurimis horum facta, in FERRIAR. Med. Hist. & Reflect. vol. i. ii.

† Medico-Chirurg. Trans. vol. v. p. 346.

‡ HEBERDEN. Comment. p. 190.

|| Treat. on Hydrothorax, p. 195.

§ Med. Hist. & Reflect. vol. ii. p. 198.

nis, tyronibus quid agendum est? Doctorem BLACKALL ducem optimum esse puto, et consilia ejus sequar.

Semper anceps, interdum noxia est, argenti vivi adhibitio, Doctore BLACKALL monente, in exemplis ubi urina calore admoto coit. Ejus inter usum non tantum major ac major albuminis missio fit *, sed etiam cum urina sanguis interdum mingitur. Et in his exemplis sæpe os ex improviso intumefacit, afflictionem magnam, et missionem salivæ copiosam producens, sine intumescentiarum levamine ullo †.—Sin urina non coagulet, et ex visceribus obstructis hydrops effluat, quam hydrargyrus medicamentum nullum tam utile. Interdum ægris valetudinem reducit; sæpius levamen tantum præbet, et quid morbo ex hepate scirrhoso, aut cordis ipsius, ejusque valvularum vasorumque conversione in os pendente, plus boni faciat?

Argentum vivum, " stimulatis vasis lymphaticis, efficit ut plus humoris tenuis per ea resor-

---

* WELLS in lib. sup. cit. p. 229, 230.

† BLACKALL ut sup. p. 330, 331.

beatur, et in sanguinem veniat, cum eo ad renes deferendi *." Ita ejus effectus medici explicare solent; sed quia ratio effectus explicat, illa non necessarie justa est, et mihi saltem non liquet, quæ omnino vasa resorbentia exinde cieri possunt, præter ea quæ, vel per cutem vel ex intestinis, hydrargyrum accipiunt †.

4. *De Remediis Catharticis.*

In hydrope multum prosunt remedia purgantia. Antea mos fuit dosibus purgantium acrissimorum permagnis, et, si vires ægri ferre queant, quotidie etiam repetitis, expellere morbum, aut, ut antiquis loqui placeat, pituitam educere, bilemve hepate refrigerato evocare. Ex monitionibus eorum iteratis, ne inflammationem intestinorum, aut fluxus insedabiles, aut mortem ipsam usu purgantium excitemus, effectus praxeos hu-

---

* GREGORY Consp. Med. Theor. § MCCCCLIII.

† Doctor LYSONS primus medicorum videtur esse hydropicis late calomel adhibere. Pract. Essays, p. 64. et seq. Bath. 1783. First published in 1772.

jus judicare possumus; nec legere mirabimur, ut aliquando "ob sævitiam medicamenti medicos omnes ægrotus dimisit *." Ægros verum aqua hydropicos sæpe cum celeritate mira cathartica sic exhibita exonerant; sed, effectu remedii cessante, non raro æqua celeritate aquæ effunduntur. Ob hanc rationem, et quia si frequenter repetita vires exhauriunt, et intestina nimis irritabilia reddunt, illa nunc raro per se adhibemus, sed cum aliis medicamentis, ut adjuvantia, conjungimus.

Jalapæ radix, aut gambogia, quando hydrops in corporibus non facile excitatis est diffusus, et sine febre, tantum efficiunt quantum medicamenta cathartica efficere possunt. Si autem febricula aut signa inflammatoria adsint, salinis purgantibus potius utimur. CELSUS recte ait, "Sed si febris quoque est, hæc in primis submovenda est per eas rationes, per quas huic succurri posse propositum est †."

---

* LISTER, Exer. Med. de Morb. Chron. p. 13.

† De Medicina, lib. iii. cap. 21.

Elaterium "hydropicis præcipuum remedium" esse, et inter auxilia primum locum mereri, LISTER * priscis temporibus, et nuperrime FERRIAR, probare conati sunt; et casus equidem plurimos, notitia haud indignos, eo levatos, aut ad sanitatem feliciter restauratos, memoraverunt. Quod aliis remediis et citius et perfectius opem dat; et tantum humoris per alvum et vias urinarias evacuat, ægros non tantum mirari quantitatem, sed interdum ea terreri:

"Quondam etiam nimio præceps urina fluento
"Irrigat exuvias, obscœnoque inficit imbri †."

Imo quin elaterium hydropes omnes, qui pro causa viscera obstructa non habent, omnino sanare possit, Doctori FERRIAR est vix dubium; et porro infelicibus, hydrothorace vel ascite ultima laborantibus, levamen saltem afferre possit ‡.

---

* Exer. Med. de Hydrope, p. 44.

† SAMONICUS de Med. Præcep.

‡ Med. Hist. et Reflect. vol. iv. p. 40. et seq. vol. ii. p. 204,—206. Vide necnon WILLIS, Phar.

Elaterium tamen cautissime semper administrandum est, nam oxido arsenici nec minus potens, nec minus periculosum; et si incaute idem adhibeamus, vitam ægris eripere possumus *. Formulam Doctoris FERRIAR mihi itaque subjungere liceat:

℞ Extract. Elaterii gr. j.
Sp. Æther. Nitros. ℥ ij.
Tinct. Scill.
Oxymell. Colchic. sing. ℥ ss.
Syrup. Rhamni ℥ j.——M.

Ft. solutio.—Capt. drach. j. ex aquæ pauxillo, ter quaterve in die.

Rat. sect. ii. cap. iii. p. 162. HOFFMAN ut ant. cit. cap. xiv. Thes. Therap. § iv. SYDENHAM. Works by SWAN, p. 470.

* FERRIAR ut sup. vol. iv. p. 20, 21. & cas. xv. vol. ii. p. 203.

5. *De Remediis Roborantibus.*

In purgantium aut diureticorum intervallis, sæpe medicamenta roborantia commodissime adhibeantur; tamen in horum usu etiam prudentia opus erit, ne nempe simul et semel nimis augeamus circulationis velocitatem *. Ac si ægris revera qui albumen cum urina emittunt cinchonam, aut ferri præparationes, aut remedia similia, antequam aquæ hydropicæ resorbeantur, damus, symptomata graviora, BLACKALL judice †, occurrentia nos errare ostendent. Aqua resorpta, et urina albumine carente, tunc tonica necessaria sunt, et ægrorum vires reficere, et morbi reditum prohibere.

Cinchonam roborantium esse optimam in casibus in ætate juvenili, aut post morbos acutos, occurrentibus, Doctor BLACKALL putat; et ferri præparationes in illis ex organis vitiatis obstruc-

---

* VAN SWIETEN, Comment. tom. iv. p. 214.

† On Dropsy, p. 268.

tisque effluentibus, aut cum statu corporis laxo, emaciato, et exsangui conjunctis *. An hic recte consiliat, me non decidere oportet.

6. *De Diœta.*

Hydropicis aqua jamjam onustis et inundatis, dare aquam veteribus videtur ineptum, et quasi "oleum addere camino." "Cibus esse debet," ait CELSUS, "ex media quidem materia, sed tamen generis durioris: potio non ultra danda est, quam ut vitam sustineat; optimaque est, quæ urinam movet †." Fluida tam magnopere timuit, ut et balneum ægris vetuerit. CELSUS, non minus quam omnes medici veteres, talem humoris metum habuerunt, ut poëtæ quidem effectus ejus execrabiles cecinere:

"Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
"Nec sitim pellit, nisi causa morbi
"Fugerit venis, et aquosus albo
"Corpore languor ‡."

* On Dropsy, p. 327.

† De Medicina, lib. iii. cap. xxi.

‡ HOR. Carm. lib. ii. Od. ii.

Prohibitio hæc liquorum ægris tam crudelis, nec non perniciosa, et tantummodo præjudiciis consuetudineque prava sustentata, usque ad medium sæculi jam præteriti valebat. Annum circiter 1764, potus aquæ largos hydropicis multo majus amicos esse BACHER primus omnium probavit *; et BAKER, medicus egregius, casus quosdam, aqua ad libitum hausta, sanatos anno 1771 emittens, ad praxim similem medicos direxit †; et tandem, anno 1779, MILMAN methodi hujus præstantiam experientia tam feliciter firmavit ‡, ut diutius aquam hydropicis medici non recusant. Hodie "et ad morbum ægri, et ad animum respicientes," tantum aquæ iis quantum sibi placet, et cum medicamentis, et cibis fauste concedimus. Inter diuretica profecto aqua pura juste recensenda sit, et si spiritu vinoso, ut potum nostrum *punch* faciat, mixta, urinam haud parum movet.

Alimento nutriente, parum stimulante, et digestionis facilis, hydropicis plerumque opus

---

* Recherch. sur les Malad. Chron. Paris 1776.

† Med. Trans. vol. ii. p. 235.

‡ De Natura Hydropis.

erit; et interdum vinum generosum et cerevisia commoda.

Exercitatio in quodam vehiculo, et præcipue ex ambulatione, si lassitudinem non producit, in hydrope est valde utilis. Apud majores remedium fere nullum tam commendatum; et peritissimo Cullen * videtur, exempla non deesse, quæ ambulatio sola mederi inter initia potest.

Nunc tamen hocce opusculum terminos suos præteriit. Ad finem properamus. Quædam remedia olim maxime laudata, et adhuc aliquando adhibita, et auxilia quæ chirurgus ægris hydrope vexatis ferre potest, ut quibusdam tantummodo speciebus morbi non omnibus accommodata, silentio prætereunda judicavi.—Conjecturas veterum et sequentium de fonte humorum in hydropicis, quæ nunc equidem ineptæ esse videntur, et methodos diversas quæ diversis temporibus aquas educere medici tentabant, memorare forsan non inutile fuisset, sed dissertationis inauguralis limites usitati non sinent,

"———— nec meus audet
"Rem tentare pudor, quam vires ferre recusent."

---

* First Lines, vol. ii. p. 400.

FINIS.